

feste videntes, quod per^{207a)} in punitatis audaciam fiunt qui nequam fuerant cottidie nequiores, nos de multorum bonorum virorum religionum et secularium²⁰⁸⁾ etc. puritatem, te Nicolaum predictum ad conversionem diucius exspectatum et frequencius requisitum, ipsam tamen conversionem penitus recusantem et errores ac hereses tuos predictos pertinaciter defendentem, sedentes pro tribunali hac die et loco presentibus²⁰⁹⁾ etc. pronunciamus, declaramus, et iudicamus te hereticum et rebellem et contrarium Romane ecclesie auctoritati et potestati, teque N. presbyterum, ut dicis, ab omnibus ecclesiasticis ordinibus, tonsura^{d)} et privilegio clericali deponendum seu degradandum^{e)}, et te deponendum seu degradandum exnunc protunc declaramus tamquam hereticum inpenitentem et obstinatum, cum de talibus ecclesia ultra non habeat²¹⁰⁾ etc. conservet.

Et tunc episcopus indutus pontificalibus cum ceteris prelatiis stet et concludat degradacionem hiis verbis: Induco degradando iuxta ordinem suum: Auctoritate dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti et domini pape auferimus tibi Iohanni habitum clericalem et te ab omni sacerdotali et alio quolibet ordine deponimus et eciam degradamus teque spoliamus et exuimus omni honore et habitu sacerdotali et tonsura et privilegio clericali.

Ablacio calicis et patene:

Auferimus tibi calicem et patenam teque exuimus et privamus officio et potestate offerendi deo sacrificium et missam quamlibet.

Ablacio casule sacerdotalis:

d) censura W e) degradandum W

^{207a)} Die Herkunft der Parömie *per in punitatis audaciam fiunt, qui nequam fuerant, cottidie nequiores* habe ich nicht feststellen können; eine Parallele vgl. bei Patschovsky, Die Anfänge einer ständigen Inquisition in Böhmen (1974) S. 164 Nr. 65 Z. 2 f.

²⁰⁸⁾ Aus dem Anschlußwort *puritatem*, das sich in der Sentenz gegen Johannes von Castiglione nicht findet, ist zu schließen, daß man sich den folgenden Text entsprechend der Sentenz gegen Metza oben S. 165 Z. 7 ff. zu ergänzen hat.

²⁰⁹⁾ Die Wendung *die et loco presentibus* findet sich in der Sentenz gegen Metza und in deren Vorlage, der Sentenz gegen Franciscus von Aquata, ist aber im Urteil über Johannes von Castiglione etwas anders formuliert (*hac die presenti ac loco*); ich würde daher den fehlenden Text entsprechend der Sentenz gegen Metza, oben S. 165 Z. 11 f., ergänzen.

²¹⁰⁾ Zu ergänzen: *quid faciat, relinquendum brachio et iudicio curie secularis, eandem curiam rogantes, sicut volunt canonice sanctiones, ut tibi vitam et membra citra mortem illibata*; vgl. auch oben S. 165 Z. 15 ff. die etwas andere Konstruktion in der Sentenz gegen Metza.